Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26228
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Si autem ostendimus quod bel comedat hec moriet daniel. qui
blasphemauit in bel. Iam daniel regi. fiat iuxta uerbum
tuum. Erant autem sacerdotes beli sex exceptis uxoribus. et parvulis
et filiis. Iuxtaque rex cum daniele in templum bel. dixerunt
sacerdotes ei. Hodie egredientur foras. tu rex pone escas
et uinum. et signa anulo tuo. et in mane inuenies omnia incolumia
abel moriemur. et daniel quia mentitus es aduersum nos. Confidebant
autem quia fecerant sub mensa absconditum introitum. et illuc ingre
diebantur semper et deuorabant ea. Egressis autem sacerdotibus.
rex posuit cibos ante bel. Daniel uero iussit cinerem per totum
templum coram rege. et egressi clauserunt ostium. et signauerunt
anulo regis abierunt. Sacerdotes autem ingressi nocte iuxta
consuetudinem suam. et uxores. et filii eorum. omnia comederunt. et bi
berunt. Surrexit autem rex primo diluculo. et daniel cum eo. et cum
audissent salua signacula. aperiens ostium. intuitus est rex
mensam. exclamauit uoce magna dicens. Magnus es bel. et non
est dolus apud te quisquam. Risit daniel. et tenuit regem ne ingre
deretur intro dicens. Ecce pauimentum. animaduerte cuius uestigia
sint hec. Ait rex. Uideo uestigia uiri. et mulierum. et infan
tum. Tenuit rex apprehendit sacerdotes et uxores. et filios eorum.
et ostenderunt ei abscondita ostiola. per quae ingrediebantur.
et sumebant quae erant super mensam. Occidit igitur illos rex. et tradidit
bel in potestatem danieli. et subiecit ei templum et
erat draco magnus in loco illo. et colebat eum baby
lonii. Dixitque rex daniel. Ecce nunc non potes dicere quod non
sit iste deus uiuens. adora eum. quia ipse est deus. Daniel. Dominum deum